

S. P. N. I. E. E.
DISSERTATIO GRADUALIS;

DE

PROVIDENTIA DEI
CIRCA
EXSTRUCTIONEM TEMPLO-
RUM SVIO-GOTHICORUM
ADMODUM CONSPICUA,

CUJUS PARTEM POSTERIOREM,

Consensu Ampliss. Fac. Phil. in Reg. ad Auram Academia,

PRÆSIDE,

MAG. JOHANNE
BILMARK,

HIST. & PHIL. PRACT. PROF. REG. & ORD.

Publico examini submittit

STIPENDIARIUS REGIUS,

CAROLUS FRID. BRUNBERG,

Sudermannia - Svecus.

In AUDIT. MAJ. Die XVII. Decembris MDCCLXV,

Horis Ante Meridiem Solitis.

A B O Æ

Impressit JON. CHRISTOPH. FRENCKELL,

ENKE-FRU CAMERERSKAN,
VÅLBORNA

F_RU ANNA ELISABETH
W E S S M A N ,
Född TAUBE,

MIN HÖGGUNSTIGA GYNNARINNA.

The många och besynnerliga välgierningar jag i
VÅLBORNA FRU CAMERERSKANS Heder-
vårdaste Hus åtnjutit, öfverväga viда then tjenst, jag
på såkortt tid, kunnat gjöra VÅLBORNA FRU CA-
MERERSKAN, vid Theis Enda för dygd och flit i
Bokvett åskvärda Sons undervisning. Tacksamhet
och årkänsla blifva saledes endaste veder ållningen.
Til bevis hvaraf, jag har åran at upofra VÅLBORNA
FRU CAMERERSKAN thessa få blad, som utgöra Se-
nare Delen af mitt *Academiska arbete*, och handla om
Allmägiens milda Försyn vid våra Kyrkors upbyggande i
Svea och Götha Riken. Min innerlika bön är och skal
blifva, at samma allseende Nådes Öga stådse må vara
vakande öfver VÅLBORNA FRU CAMERERSKAN,
med sanitetiga Theis Kåra och Förnåma Anhöriga.

Innesluter mig uti vanlig grace, och förblifver
med djup vördnad

VÅLBORNA FRU CAMERERSKANS

Ödmjukaste Tjenare
CARL F. BRUNBERG.

Intra inqalq. mss. no. 1. folio 107

Quæ in parte priori opellæ nostræ attulimus argumenta Providentæ Divinæ circa exstrectionem Templorum Svio-Gothicorum admodum conspicuæ, generalia solummodo fuerunt, quæ licet sua, uti opinamur, sese commendent evidētia, officii tamen ratio adhuc postulat, ut specialibus exemplis, quippe quæ & libenter leguntur & firmius persuadent, sententiam nostram confirme-
mus. Ita ad stadium pervenimus, in quo decur-
rendo quisque pietatis amans non absque singulari
voluptate occuparetur, nisi expeditæ veritatis facu-
læ rarius cernerentur, ac densæ tenebræ, quibus
ultimæ rerum origines plerumque involvuntur, pro-
gressum in isthoc campo vehementer impedirent.
Non vanam nec intempestivam nostram querelam
esse, quilibet experietur, qui nostra premere vesti-
gia, aut opus hoc provehere fateretur. Annales e-
nim Ecclesiasticos, quibus gaudemus, consignarunt
Monachi, homines minus curiosi, qui res suas se
præclare egisse existimarunt, dum brevia quædam
atque mutila diaria posteris relinquenter, non tam
rerum gestarum, quam potius otiosæ & obscuræ il-
lorum vitae luculentos indices. Facilem igitur no-
bis pollicemur veniam, si telam dissertationis no-
stræ, habita tam inopis monumentorum, quam
tenuium facultatum nostrarum ratione, juxto bre-

viorem faciamus, nec tam plenam Historiam, quam specilegium valde succinctum nunc exhibeamus.

§. II.

Populos, qui ad septentrionalem plagam primi accesserunt, loca amœna nec non ubertate atque rerum necessiarium copia insignia, quoties talia offendere potuerunt, selegisse, sedesque in illis sibi constituisse, nemo, nisi humanam forte indolem, felicitatis atque tranquillitatis avidam, ignoraverit, facile negabit. Cum itaque littora lacus *Maleri* gratissima habitacula Majoribus nostris, peregre profectis, monstrarent; verisimile est, eadem incolis non diu fuisse destituta. Hinc quoque factum est, ut BIRCA inter antiquissimas Patriæ urbes referatur (*a*). Sedes suas subinde hic habuisse primos Reges nostros, cœli solique clementia invitatos, Annales passim docent (*b*). An vero delubra quædam in hac urbe illi erexerint, nuspiciam adserendum legimus. Quid? Quod probabile admidum sit, Bircenses more veterum Gothorum, quem describit MESSENIUS (*c*) in præcessis montium jugis sub dio Sacra sua peregrisse (*d*). Cum itaque eximia quædam Tempa sub paganismo non haberent, cultus quoque Idololatricus & avitæ superstitiones animis eorum minus profunde & tenaciter inhaerebant. Deinde Birca tempore, quo floruit, opulentissima fuit civitas atque commerciis, quæ non solum cum vicinis, verum etiam cum exteris populis exercebat, maxime intenta (*e*); unde etiam ex genio & vitæ genere horum civium satis colligebant primi Evangelii præcones, in septemtrionem

nem destinati, se Bircæ potissimum securitatem obtenturos, provinciamque sibi demandatam feliciter administraturos. Hac mente Bircam proficiscitur ANSGARIUS Monachus Ord. Bened. Corbejæ circa A. C. 829; ubi coram Rege BERONE amplissimaque civium corona sic verba fecit, ut multi, abjurato gentilismo, saecis Christianis se initiari paterentur. In his fuerunt & Rex ipse & ejus amicus HERIGARIUS, tribus Bireensis praefectus, qui primum templum, Christiano cultui dicatum, exstruendum curavit(f). Mirerur hic Divinam Providentiam, quæ multis modis sele conspiciendam præbuit. Religioni Christianæ egregie fuit consultum, partim quod non Rex sed quidam ex proceribus templum hoc exstruxerit, quippe alias ita exasperari potuerunt Ethnicorum pectora, ut nova indies moliri non dubitassent, modo novam extirparent religionem, partim quod in hac potissimum urbe sacra Christiana annuntianda curaverit. Cum enim in centro veluti totius regni sita esset, frequentiaque cum vicinis exerceret commercia, fieri certe aliter non potuit, quam ut sonus eorum ad finitimas pertingeret gentes. Et licet post discellum Ansgarii & obitum Herigarii hanc religionem negligenter Bircenses; hoc tamen non levitati Bircensium, sed defectui ministrorum verbi erit tribuendum, immo benignissimum Numen post breves has Evangelii per nostras oras eclipses, pleniorum illis deinceps misit lucem.

(a) Vid. Erici Upsalensis Chronicon Lib. I. p. 38. (b) Hinc KRANTZ illam appellat Svedici regni caput, vid. Metrop. Libr. 3.

Cap. 6. (c) vid. Scondie illustrata Tom. I. p. 2. (d) Confr. Dissert Joh. MEHMERI de Birca Part. I. p. 14. (e) vid. HAR-
DORPHII prefat. ad Legem Bircensem. (f) Confr. REMB. in
vita Ansgar. Cap. 17.

§. III.

Bircam relinquentes in vicinam urbem, SIGTUNAM, nos conferimus, & situs amoenitate & portus commoditate quondam celebrem. Ad hanc igitur Othinus ejusque commilitones appulerunt, atque exanimium quoddam Templum in honorem & cultum Deorum gentilium exstruendum curarunt (a). Enimvero cum oppidum hoc piratarum atque temerarium hostium insultibus admodum pateret, YNGVE FREIJUS, postquam ad gubernacula Regni Svetici pervenit, consensu Senatus, Druidas, quos Drottar appellarent Veteres, ordinavit, atque universi populi sedem imperii constituit Upsaliam, & avita Sacra in templo magnifico hic exstructo peragi jussit (b). Duplicem ita & quidem satis gravem jacturam tam per absentiam Regis Procerumque regni, quam per Deorum cultum alibi translatum fecerunt Sigtunenses, civitasque illorum a pristino flore sensim sensimque defecit. Verum Providentia Divina, quæ fata nostra e longinquō disponit, atque ex incommodis maxima sæpen numero nobis parat commoda, hac ratione Sigtunensibus primum, & deinde aliis vicinis gentibus viam paravit, ad Evangelii cognitionem perveniendi. Cum enim tam Rex, summus etiam illo tempore Sacrorum Antistes, quam Druides, qui illius auspiciis cultum Numinis paganum tuerentur

&

& promoverent, jam abessent, factum est, ut Sigtunenses in Idololatria sua magis magisque frigescerent, saltem eandem minus acriter postmodum defenserent. Quamobrem etiam non solum ANSGARIUS (*c*), sed & ceteri Evangelii præcones, qui in Septemtrionem pervenerunt, a Sigtunæ incolis bene excepti, apud illos aliquamdiu commorati, ipsos a pristinis superstitionibus ad meliorem frugem non infelici certe successu reducere sunt conati. Etenim non solum civium plurimi, sed etiam Reges maximi novis sacris feso imbui sunt passi, imbutique constanter adeo in eisdem permanferunt, ut *Christianissimorum* (*d*) quoque titulo insigniri meruerint. Habuisse igitur Sigtunenses circa initia Religionis Christianæ, illis annunciatæ, templo quædam, tacentibus licet nostris Annalibus, non absque maxima veri specie adseritur (*e*); Templum tamen majus seu Cathedrale demum A. C. MLXIV circiter, sedente ad gubernacula regni Suethici STENKILLO, qui sumtus in hanc ædem fecit, acceperunt (*f*). Præcipua tamen sua incrementa debet ADALVARDO II. Episcopo Sigtunensi (*g*), qui cum ex prima missa, heic locorum celebrata, LXX marcas unciales puri argenti, quæ magna satis tunc erat pecunia summa (*h*), collegisset, ipsam templo consummando liberaliter impendere pro eo, quo flagrabat, religionis propaganda studio non dubitavit (*i*). Sic ad justum fastigium celeriter pervenit atque a S. PETRO nuncupatum fuit. Post hoc autem tempus non solum Sigtunenses, sed insuper exteri templo in hac urbe ad sacra per-

peragenda exstruxerunt (*k*). Miremur igitur provi-
dam Numinis curam hic quoque conspicuam. Cum
enim Sigtunam ex Dania, Norvegia, Sembia, Slavo-
nia, Britannia & singulis fere Svethiæ provinciis ho-
mines commerciorum gratia frequenter convenirent,
non solum Christianos Doctores facile acceperunt,
verum & hinc per reliquas regiones Christiana reli-
gio propagari potuit, cum templum spatiosum habe-
rent incolæ, in quo Sacra proponebantur dogmata,
& ubi concionibus publicis interesse ne quidem a-
mabilis Princeps dedignabatur (*l*).

- (a) Vid. *SIRULONIDIS Heims-Kringla Tom. I. p.m.6.* (b) *Vid. Libro modo cit. p.12.* (c) Hic constituit GAUBERTUM primum E-
piscopum Sigtunensem, illumque Simonem appellavit, vid.
WALLINI Sigtuna Stani & cadiens P. II. p.210. (d) Et OLAVUS
SKOTTKONUNG & alii Principes Suethici dicti sunt *Chris-
tianissimi.* (e) *Confr. WALLIN L. cit p.224.* (f) *Vid. MESSENII
Chronicon Episcop. p.13.* (g) *vid. ADAM BREMENSIS in Hist. Eccles.
Lib. IV. Cap. 43.* (h) Marca puri argenti continebat octo on-
cias seu octo thaleros imperiales, adeoque redditus hujus missæ
fuerunt DLX. thaleri imperiales. Quicunque igitur conside-
raverit insignia prædia ante sesquiculum centum imperiali-
bus comparari potuisse, næ ille fatebitur magnam omnino hanc
fuisse summam. (i) *Hoc ex M. tis Palmiskjöldianis colligit Walli-
nus p. 223.* (k) *vid. WALLIN. p. 225.* (l) Sigtunam ex ve-
teri loco in aliud, haud procul inde dissitum, suisse trans-
latum in confessio est. Caussam hujus mutationis tam ho-
stiles impetus, quam majorem facilitatem Christianis Sa-
cris operandi, cum vetera monumenta idololatrica abse-
sent e conspectu gentilium, existimat *VERELIUS in Not. ad
Herw. Histor. p. 84.* Quod si verum, novum Providentia
Divina argumentum circa præsens negotium nobis suppedita-
tur.

¶) 9 (¶)
 Valeat gratissima Uplandia, quæ nos aliquam-
 diu tenuit, in Gothiæ enim regnum, præcipue ve-
 ro in occidentalem ejus partem, nos conferemus.
 Habuerunt quidem hujus incolæ olim delubra non-
 nulla, in quibus cultus idololatricus peragebatur, ceu
 perquam verisimile judicant Historici (*a*); sed quod
 in magnis Dei beneficiis omnino ponendum, illu-
 stribus destituebantur, quamobrem etiam avitarum
 superstitionum non admodum tenaces fuerunt. Dein-
 de est notandum, quod antiquissimis temporibus fre-
 quentia Westro-Gothis cum Norvagis intercesserint
 commercia, quibus vicinia locorum favebat. Cum
 itaque aurora quædam Lucis Evangelicæ sæculis VIII
 & IX Norvagis exorta fuisse, hujus quoque radiis
 sensim sensimque collustrari cœperunt rura Westro-Go-
 thaica. Auctus vero potissimum fuit splendor Religionis
 Christianæ in his oris, cum RAGWALDUS ULFSO-
 NIUS, Westro-Gothiæ Jarlus, idemque magnæ o-
 mnino inter suos auctoritatis vir, in matrimonium
 obtinuerat INGEBURGEM, Regis Norvagiæ OLAVI
 TRYGGVASSONII Sororem, qua occasione plures præ-
 cones nausta est occidentalis Gothia (*b*). Horum autem
 numerus post cladem & cædem TRYGGVASSONIE
 valde crevit; siquidem Sacerdotes, Norvagia profu-
 gos, in suam tutelam recepit OLAVUS SKOTTKO-
 NUNG. Cum vero probe videret, quod in pericu-
 lo esset, si Christiana Sacra, quibus se devoverat,
 palam profiteretur Upsaliæ, in Westro-Gothiam sece-
 contulit, ubi ab Episcopo SIGURDO (*c*) lavacro

Baptismi in fonte Husabyensi initiatus, arcem quam hic habuit, in Templum Cathedrale convertit (*d*); quod proinde, si antiquitatem spectemus, ceteris fere omnibus palmam reddit dubiam. Quamvis reliqua momenta plane reticeant annales, vel hinc tamen occasio nobis suppeditatur, Divinam agnoscendi Providentiam. Si igitur situs habeamus rationem, Templum Husabyense in umbilico quasi Westro-Gothiæ & quidem in eo loco, ubi faatrix Natura dotes gratissimas plena manu dispensavit, fuit exstructum, adeo ut cives absque multis ambagibus & periculis itineribus hue pervenire, luce Evangelica frui, & acceptos illius radios quaquaversum deinde dispergere possent. Præterea cum Rex ipse, quem circa imperii auspicia summo amore prosequebantur cives, non dubitaret pretiosissimam, quam ea tempestate in his oris possidebat, arcem veri Numinis cultui impendere, grandi hoc exemplo magis, quam acutissimis argumentis Westro-Gothorum pectora ita inflammabantur, ut constantiam illius æmulari, nec non Zelo ejus in Christianismo promovendo morem gerere discuperent. Nec a veri specie abhorret, in hoc templo omnia tranquille fuisse peracta, cum nefas duxerint hi incolæ, ædificium, cui Rex sæpe interesset, quo demum cunque modo violare.

(a) Mentionem quidem facit *ODDO MONACHUS* in *Histor. Olavi Tryggvassonii Cap. 12. p. m. 39*, Templi cujusdam Westro-Gothici, Thoroni olim dicati, sed cum Historici Patriæ antiquiores illud ignorent. faciles credimus, illud minus celebre fuisse, quamvis Deorum imaginibus scatusse perh. bea-

beatur. (b) Vid DALINI Hist. Patrie Tom. I. p. m. 591. (c) SIGURDUM, SIGWARDUM seu SIGFRIDUM hunc distinguedum esse ab alio SIGFRIDO, Archidiacono Eboracensi, qui aliquot lustris serius in Septemtrionem venit, atque primus Ecclesiae Vexionensis Praesul constitutus fuit, existimat DALINUS Libr. 6 t. cit. Cui adde RHYZELI Episcoposeco-pie Prafation. p. 7. (d) Hoc tam ex antiquis monumen-tis, quam ex ipsa Templi struictura colligit DIGELIUS in Dissert. de Husaby p. 10.

§. V.

Erat arx illa *Husabyensis*, cujus in §. IV. men-tionem fecimus, campestris tantum atque in dele-stationem Regum nostrorum primum adornata, si-cut variis probari posset argumentis, si modo id nunc ageremus; seden autem imperii circa initia Christianismi SKARÆ(a) frequenter habuerunt. Vo-luit igitur OLAVUS SKOTTKONUNG' sacris Chri-stianis in arce Husabyensi potissimum initiari, ut ex hac, tanquam e specula, genium Westro-Gothorum exploraret. Cumque animadverteret, cives suos ean-dem Religionem sine strepitu & murmure libenter amplecti, *skaram* haud ita multo post sese contulit, ibique cum alia egregia praestitit, tum imprimis fundamenta templi, quod postmodum Cathedrale e-vasit, tunc ponenda curavit (b). Operis vero tam magnitudo quam praestantia impedivisse videntur, quominus illud adeo celeriter perfici potuerit (c). Namque, ut notum ponimus, parietes hujus tem-phi, quod inter spatiosissima merito est referendum, ex lapidibus probe exasciatis atque edolatis constant,

qui insuper, ut multi perhibent, non ex montibus
 Westro-Gothicis, sed ex Norvagicis fuerunt eruti, i-
 bique in justam formam affabre elaborati, antequam
skaram sunt transvecti. Quam quidem opinionem
 si admittamus, admittendam vero ipsam esse, plura
 sunt quæ suadent, non satis admirari possumus, tam
 quomodo in illa ætate, qua machinarum ad effrin-
 gendos durissimos lapides, eosdemque rite aptandos
 necessariarum copia destituebantur nostri, ad regulam
 tamen ipsos effinxerint, quam unde opes tunc col-
 legerint, quæ partim materiæ ex regione tunc tem-
 poris parum amica (d) transferendæ, partim etiam
 magnificæ hujus ædis extreptioni sufficerint. Nec
 minus in admirationem rapimur, dom tanti operis
 nullam vel saltem exspectatione minorem fieri in
 annalibus mentionem reperimus. Hoc certe indicio
 est, omnia sedate & sine magno dissermine aut mo-
 lestiarum sensu a civibus fuisse peracta, nec hic con-
 tigisse, quod in Pyramidibus Ægyptiacis, quas Regum
 pecunia otiosam & stultam ostentationem haud in-
 epte appellat PLINIUS (e), in quarum una confici-
 enda plura hominum millia esse absunta perhibent:
 siquidem hæc mortalium est consuetudo, ut infeli-
 ces casus adecuratius quam felices posteris exponant.
 Præcipuam vero meretur admirationem, quod non
 solum templo sæpius dicto operam impenderint We-
 stro-Gothi, sed quod plurima alia, eademque satis
 nitida, intra breve temporis spatium exstruxerint;
 adeo ut multitudine illorum jam sæculo XI numero
 annorum a nativitate Salvatoris præteriorum æqua-
 iup ret

ret, si illum non superaret (f). Quo minus autem in his moliminiis consuetæ mortalium industriae ratio sibi constat; eo certe magis convenit, potentem Numinis curam, in eisdem conspicuam, debita admiratio ne prosequi.

(a) Occasionem migrationis OLAVI in Westro-Gothiam ex *Adae mo Bremeri* hanc adserit *Messenius in Scand. illustr. Tom. I. p. 76*
 & 77: "Quam (subversionem scil. delobri Upſaliensis) subodorantes & metuentes pagani, obsecrant Regem, ut aliam pro arbitrio eligat regionem in Svecia vel in Gothia, Christianorum idoneam commorationi, nec idola subverteret. Upſaliensis vel aliquem cogetet invitum ad Sacra suscipienda peregrina. Illorum potro consentit precibus Olavus, rebellionem subveritus, & Westro-Gothiam eligit, urbemque pro metropoli Scarinam." (b) Vid. *SPEGEL in Histor. Eccles. Part. I. p. m. 6.* (c) Scilicet consecratio hujus templi integro saeculo post ejus fundationem facta est ab Episcopo OEDGRI-MERO, Vid. E. BENZELII Monum. Ecclesiast. Sviö-Goth. p. 74. (d) Vid. DALINI His. Tom. I. p. m. 51. (e) Confr. His. Natur. L. 36. cap. 12. (f) THURGOOTHUS prædicationi se accingens, multos Westro-Gothorum ad ovile Christi perduxit, tantumque cepit ibi Religio incrementum Christiana, ut post decennium MC per Westro-Gothiam constructa viserentur passim Ecclesiae. Unde nusquam in Scandia, etiam hodie tot conspicuntur templa, quæ in Westro-Gothia, vid. *MESSENII Libr. cit. p. m. 78.*

§. VI.

Quamvis UPSALIA, ut in Uplandiam revertantur, inter primas urbes constituta fuerit, nimis tamen fero cives eius a detestando cultu idololatrico ad Christiana Sacra perduci potuerunt; cuius præcipuum caussam existimamus fuisse Templum illud valde splendidum & donis Majorum adsumptum locupletatum Upſaliæ exstructum, in quo Thorerw, O-

thinus atque Frigga impense colebantur, quodque ADAMUS
 BREMENS. S Caput barbarica superstitionis appellat (a). Hoc
 prius erat demoliendum, quam de stabili sede in hac urbe si-
 bi gratulari posset Christiana Religio. Violentas igitur ma-
 nus eidem inferre saepius tentarunt Episcopi, pietatis Zelo
 ferventes; conamina tamen iterum iterumque differre sunt co-
 ali, Svetia Regibus intempestivum illorum ardorem pruden-
 tiae frigore restinguentibus. Tandem vero sub INGONE,
 Stenilli filio, delubrum hoc, ut videtur, funditus deletum
 fuit (b). Non sic tamen statim, sauciis adhuc Suecorum præ-
 cordiis, sed aliquanto post, primum templum Christianum ac-
 ceperunt Upsalienses, quod in eodem loco, ubi vetus stete-
 rat Fanum, exstructum atque Sacro Sanctæ Trinitati dicatum
 fuit. Quare ERICUS OLAVI: in loco illo famoso & celebri,
 ubi trium Deorum cultus & templum sub gentilitatis decursu flo-
 ruerat, exstirpata & eliminata omni idolatria spurcisse adi-
 ta est Ecclesia beatissima TRINITATIS. Sic ex iniquo principio salu-
 bris constata est Religio (c). Quis quæso, nisi cui fides forte in
 oculis est, non videt, hoc absque singulari Dei Providentia
 haudquidquam factum esse. Ut vero Svecorum animi Sanctis
 Christianis magis magisq; adsverserent, Templum majus & qui-
 dem Cathedrale, extra urbem tamen, exstruendum curarunt
 Reges nostri, ut sic majori tranquillitate pietati studere pars
 civium sincera posset, nec paganorum, quorum haud exiguae
 etiamnum fuit numerus, exulcerarent pectora. Atque hoc est
 illud templum, quod veteris Upsaliæ nomine insignitur (d). Demum postquam Christiana Religio alios in patria egis-
 set radices splendidius templum Upsaliæ exstrui cœpit, atque
 ut operis magnificentiaz nihil deesset, marmorea ejusdem fun-
 damenta ponenda curavit SVERKERUS, Kolonis filius, An-
 no Chr. MCXLI (e). Hujus exstructionem omni studio pro-
 movit ERICUS Sanctus, an vero illud consummaverit, mul-
 ta multi disputant (f), quam controversiam nostram non fa-
 ciat

timus. Cogitemus poties quam turbulentia hac aetate fuerint tempora, Suecis partim & Gothis acriter inter se contendebatibus, ubinam Regni Archi-Episcopus sedem suam habebat, partim Principibus gravissimis bellis tam internis quam externis distractis, ut pias Pontificum Romanorum fraudes in emungendis grandibus pecuniarum summis reticcamus, quibus rite uti debet pensatis fatendum omenino erit, Providentiam Divinam cum in Religione Christiana conservanda, tum circa extirptionem Templorum nostrorum admodum fuisse conspicuam.

(a) Vid. *Eiusdem Chorograph. Scandinavia*. (b) vid. DALINI *Histor. Tom. II. p. m. 33.* (c) vid. ERICI OLAVI *Histor. Svecorum Goth. Libr. I.* (d) Confr. SCHEFFERI *Upsal. p. m. 155. seq.* (e) vid. MESSENII *Sycopent. Cap. VII.* (f) vid. SCHEFFER. *Lib. cit. p. 169. & PERINGSKIOELDII *Monumenta Uplandica* Lib. I. p. 159.*

§. VII.

Paucis adhuc circa ealem opere nostrae examinabimus questionem, quam occasione illorum, qui in medium attulimus, quis forte proponere posset. Scilicet cum nonnulli in Suetbia dentur provincie, que multo pluribus gaudent templis, quam qua ad Religionem & conservandam & propagandam sunt necessaria; dubium laboriri cuiquam posset, annos conlatum foret, quedam horum, longa imprimis verustate satiscehita, sensim sensimque demotici? Adfirmativa sententia cum sit, tum haec principue rationes prætendi possent, 1:o quod haec ipsa templo non sine magnis sumptibus, quotannis faciendis, facta rectaque conservari queant, 2:o Quod Ministrotum verbivires præter necessitatem nimis atque interdum inutili labore exhauiantur, qui bis immo ter tandem vel altam conciosem quavis Die Domini ca in diversis locis & quidem saxe coram eodem populo habete coguntur, quod plane supervacaneum censetur. Enirovero quantumvis fortia haec videantur argumenta, robur tamen eorum aliis convelli potest rationibus. Fateor, suatus quosdam requiri ad templo conservanda, qui tamen, dum inter singulos dividuntur auditores, perquam modici evadunt, s. item quisque pietatis amans symbolam quandam his usibus haud ægre impenderet. Sortem Ministrorum verbi Divini satis molestam esse non diffitemur, sed vix conqueri possunt, siquidem in civitate omnia munera sunt ea æquitate instituta, ut præmia & stipendia sint laboribus exantlandis proportionata. Deinde circa con-

fiduciam Ecclesiarum pactum, saltem tacitum, inter Ministros verbi Divini
 & Auditores, inquit, cuius luisse intelligitur, vi cuius illi cultui Divino in commo-
 dum & felicitatem horum jugiter vacabunt, hi autem illorum necessitatibus,
 quarum curam negotiorum tuarum momenti rationes suscipere libinde nega-
 rent, prescipient; & quo pacto sine alterius consensu nemo resilire potest.
 Addo, quod in Ecclesiis majoribus plures quoque sint Ministri, inter quos
 pena & curae distribuantur, ut occasiones querelarum ita praecidantur.
 Porro depravatam hominis naturam ac iocalem qui in memoriam sibi
 revocaverit, non a re esse videbit, si unam eandemque doctrinam plurimis
 vicibus sibi propositam audierit. Nam eorū humorum iteratis crebris
 que admonitionibus tanto melius ad penitentiam de malis ante actis, & ad vi-
 ta emendationem permoverebitur. Hoc in vicem responsionis ad proposita
 argumenta monuisse sufficiat; quod vero insuper parum equum esset, tem-
 pla, quæ superflua videntur, demoliri, paucis ostendemus. Fateor equidem,
 Majores nostros rationibus nequaquam idoneis interdum commotis, scilicet
 ut his operibus eternam promoverentur salutem, splendida extinxisse tem-
 pla, pietati tamen suæ ita se consulete existimatim. Quis quando dicat,
 quod haec virtutem magis apposite declarant, qui ades lacras, quæ a mul-
 tis retro saeculis cultus publici admicula plane existimata fuerint & sine quibus
 incrementa Evangelicæ Religionis tardius apud nos procellerant, destrutas
 cuperent? Quid censerent simpliciores, dum audiret Romanenses sua ædi-
 cisse templa & viderent Evangelicos numerum eorum immovente vele? Pro-
 fecto facile crederent, cultui Divino frigus irrepsisse, si quis talia meditaretur,
 quæ ne hostis quidem absque crimine lessæ humanitatis moliti semper audebat.
 Pone ulterius aliquot jam tempora ex industria dirui, possunt infortunis qui-
 busvis alia brevi post patrem subire sortem, quos casus benignissimum Numen
 clementer avertat; quod tamen si fiat, quot & provinciæ ornamenta & re-
 ligio nostra desiderat palladia. Retineamus igitur & sollicite conservemus
 Tempora nostra, probitatis humanæ luculentos indices atque Providentia Di-
 vine admiranda specula. Pedem vero cum hic figere cogamur, ex intimis
 animi præcordiis vota fundimus calidissima, veitum Summum Numen, qua
 battenus, in posterum quoque nos dignari provida cura, ut laudes

Ejus in templis nostris inchoatas tandem in ecclesiis templo
 Angelicis mixti choris sine fine celebremus,

